



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius
Marius Victor, Claudius**

Lvgdvni, 1536

Capvt Xlll.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12149

Rimari, inc̄ causas naturæ irrumpere leges:
 Quærere quām dextro quisquā sit sidere natus:
 Prospera quām ducat restantis tempora vitæ:
 Dissimilem paribus prouentum discere signis:
 Nec non & geminos vno sub tempore fusos,
 Quos indiscretus luci subduxerit orbis,
 Motibus aduersis varia sub sorte notare:
 Indigetes quosdam stellis adscribere diuos,
 Iunior antiquis ætas quos prætulit astris:
 Atq̄ infernali iamdudū mole sepultis,
 Vana per immensum disponere nomina cœlum.

C A P V T X I I I .

IAm magicam dignevaleat quis dicere fraudē
 Occultas tacito tentantem pectore vires:
 Legifer ut quōdam vates sub rege superbo
 Dum noua monstraret iussi miracula signi,
 Commouit liuore magos ut talia tentent.
 Accumulentq̄ suas zelo feruente ruinas.
 Queis forsan si suppeteret non vana potestas
 Demere non etiam properarent addere monstra:
 Aemula sed signis tantum, non uiribus æqua.
 Quod remouere nequit, duplicata sustinet ira. Marsi popu
li ualeat in can
tationibus.
 Hinc est laudato quod possunt carmine marsi
 Quum

Quum tacita sœuos producunt arte dracones
 Absentes, & sepe iubent configere secum,
 Tuncvt quisq; grauem bello persenserit hydrum
 Aspidis aut duræ clausas cognouerit iras,
 Concutit interius secreti carminis arma:
 Protinus & laxis verbo lactente venenis,
 Mox impune manu coluber tractatur inermi:
 Et morsus tantum non virus in angue timetur.
 Interdum perit incantans, si callida surdus
 Adiuratoris contempsit murmura serpens:
 Hoc quoniam de matre trahit, & origine prima.
 Marsi Circe
 matre gloriā
 tur. Anguineæ fraudis quod sic linguaeç periti
 In speciem reddunt commercia mutua fandi.
 Nec minus hos pulsant temeraria cura sciendi
 Angit præscitus ducti quos terminus æui:
 Quum tamen eductas inferni sedibus umbras
 Colloquium miscere putent, & nota referre,
 Spiritus erroris qui tum bacchatur in illis,
 Ad consulta parat vanis responfa figuris:
 Ne vero multis dicamus singula verbis:
 Præsentis illusus, damnabitur ille perenni
 Judicio, quisquis vetitum cognoscere tentat

Caput